



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

De Affinitate.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

## BATHVEL.

Rebecca	Laban
Iacob	Rachel & Lia.

IACOB iunctus est confobrinx suæ Rachel secundo gradu.

## ALIVD.

## IEPHVNNÆ.

Caleb	Cenas
Axa	Othoniel.

## TERTIA REGVLA.

IN linea inæquali, quoto gradu remotior distat a stipite, toto inter se distant.

## THARE.

Abraham	Aram
	Sara.

SARA distat secundo gradu à stipite. Ergo & Abrahæ iuncta est secundo gradu. Hoc gradu in linea inæquali prohibita sunt coniugia iure diuino, quia vniuersaliter maiorem reuerentiam Deus tribuit vult superiori gradui, quam æquali.

## PARTHAON.

Oeneus	Agrius
Tydeus	Thersites
Diomedes.	

DIOMEDES iunctus fuit Thersitæ tertio gradu, in linea inæquali.

## THARE.

Abraham	Nachor
Isaac	Bathuel
	Rebecca.

REBECCA distat tertio gradu à stipite, ideo & ab Isaac distat tertio gradu.

## DE AFFINITATE.

AFFINITAS est propinquitus personarum, quæ non sunt iunctæ copula carnali. Vt, Dauid alienus est à Ionathæ, sed quia duxit uxorem sororem Ionathæ, iam fit affinis Ionathæ.

## REGVLA.

QUOTO gradu quispiam est mihi consanguineus, toto gradu vxor eius est mihi affinis, vt, frater & frater sunt iuncti primo gradu consanguinitatis. Ergo fratris mei vxor est mihi iuncta primo gradu affinitatis.

## PRIAMVS.

Helenus                      Hec̄tor

Andromacha vxor.

Ergo Andromacha fuit iuncta Heleno primo gradu affinitatis.

## HERODES.

Herodes                      Philippus

Herodias vxor.

Ergo Herodias fuit iuncta Herodi primo gradu affinitatis.

Iacob                      Nouerca Bala.

Ruben.

Ergo Ruben attigit nouercam primo gradu affinitatis. Sed et fuit abominabilius scelus Ruben, quam Heleni, quia Ruben violauit patris torum, cui maior reuerentia debebatur, quam fratris toro, iuxta dictum: Relinquet homo patrem & matrem, & adharebit vxo-ri suæ. Et cum Ruben maledictus sit, manifestum est, prohibitionem primorum graduum esse iuris naturæ.

## PELOPS.

Atreus                      Thyestes

Clytemnestra              Agamemnon              Aegisthus

Ergo Aegisthus secundo gradu affinitatis attigit Clytemnestram.

## CASIMIRVS REX POLONIAE.

Sigismundus rex              Barbara coniunx

Poloniae.                      ducis Georgij.

Hedbigis posterior              Filia, prior coniunx

coniunx Marchionis.              Marchionis.

Ergo Sigismundi filia fuit consanguinea filiae ducis Georgij gradu secundo. Fuit igitur Marchioni affinis secundo gradu. Nos huc vagatur affinitas, nam consanguinei mei non sunt affines consanguineis vxoris meae. Ego à consanguinea vxoris meae abstinere debeo, & mei consanguinei debent abstinere à mea vxore, non à consanguineis meae vxoris. Quare duo fratres cum duabus fororibus contrahere possunt. Non eam impediuntur affinitate. Pater & filius cum matre & filia contrahere possunt. Habent autem aliqua personae nominatae.

Socer Socrus. *exogus*, mariti pater. *exoga*, mariti mater. *uxor*, pater vxoris. *uxoris*, mater vxoris. Gener. Nurus. Vitricus. Nouerca. Priuignus. Mariti frater, Leuir, *daig*. Mariti soror, *Glos*, *gualis* & fratris vxor. Duorum fratrum vxores *inarius*.

Hæc appellationes extant Iliados σ. vbi Helena Hectorem appellat Ἥκτορα. Postea vero Hector interrogat, an abierit aliquo Andromache ad forores viri, aut ad fratrum coniuges: ἢ πρὸς γαλῶαν, ἢ ἐπὶ ἀδελφῶν ἑταίρων.

## OCTAVIUS.

Augustus

Octavia foror

Agrippa Iulia

Marcella.

Ergo Augustus fuit affinis Agrippæ in primo gradu, sed non fuit affinis fratri Agrippæ.

## DVPLEX PROHIBITIO.

SÆPE repetita est hæc sententia, & sæpe cogitanda, noticias virtutum à Deo traditas esse creaturis rationalibus, vt testentur quod sit Deus, & doceant qualis sit, & quod sit iudex & vindex. Ac præcipue castitas facit illustre discrimen inter Deum & Diabolum. Sanxerit igitur Deus ordinem coniugij, ut castitas intelligatur, & seuerissime punit incestas commixtiones, vt Sodomorum, Chananæorum, Oedipi, Agamemnonis, Aegisthi, Paridis, regum Aegyptiorum, Davidis, & filiorum Davidis poenæ ostendunt. Et vniuersaliter multæ calamitates publicæ sunt libidinum poenæ, sicut scriptum est: Scortatores & adulteros iudicabit Deus. Tucamur igitur castitatem maiore cura, ac de gradibus personarum prohibitis sciamus duplicem esse prohibitionem: Altera est iuris diuini, altera iuris humani.

PROHIBITIO diuina extat Leuit. 18. quæ in recta linea intelligatur prohibere commixtionem inter omnes sursum & deorsum. In collateralibus prohibet primum & secundum gradum in linea inæquali, hoc est, ne frater ducat fororem, nec nepos ducat amatam aut materteram, nec neptis nubat patruo aut auunculo. Ac intelligatur textus de gradibus, non tantum de personis, ut Iudæi nugantur.

CÆTERVM lex diuina non prohibet connubia in secundo gradu in linea æquali, hoc est, duorum fratrum liberis concedit coniugium, vt Orestes potuit ducere Hermionen.

Agamemnon  
OrestesMenelaus  
Hermione.

## MATHAN.

Iacob  
MariaEli  
Ioseph.

ETSIAUTEM politia Moyse non pertinet ad nos, tamen regula vniuersaliter tenenda est: Mandata naturalia ad omnes homines & ad omnia tempora pertinere, quia sunt norma iusticiæ in mente &

D. I. 3. voluet.

voluntate diuina immotabiles. Quare & statim in paradiso in primo gradu ascendentium & descendentium prohibitio edita est. Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ. Erpote Patrum uoce declarata est hæc uoluntas Dei, ut Iacob maledicti filio, qui attigerat nouercam. Et textus in Leuitico affirmat, postquam Chananeos propter inceitas libidines. CUM autem Deus ueniat gentes, quæ sunt extra politiam Moysi, & quæ fuerunt ante Moysen, perspicuum est, has prohibitiones esse æterna & immutabilia mandata, & pertinere ad omnes homines. Ideo & Paulus ponit Corinthium, qui attigerat nouercam. Hæc addantur exempla pœnarum, quæ plurimæ leguntur in omnium temporum historiis. Sciendum est igitur, non ualere dispensationes, quæ conceduntur commixtionem in gradibus prohibitis in eo textu Leuitici s.

ADDETAE sunt autem diuinis prohibitionibus & humanæ quædam in proximis gradibus. Ut, in secundo gradu in linea æquali, & tertio gradu, ut maiore reuerentia diuinæ prohibitiones obseruentur. Hoc consilium honestum & probandum est. Sed sciant omnes gubernatores discrimen prohibitionum diuinarum & humanarum. Diuinæ nequaquam solui humana autoritate possunt. Sed interdum probabilis ratio incidere potest, quare humanæ prohibitiones laxentur, quod tamen circumspecte fiat per pastores & magistratus, non privata temeritate. CAETERVM prohibitiones de cognitione spirituali prorsus rejiciendæ sunt, qualis est, ne quis ducat eam, cuius baptismo affuit. Pertinet etiam ad officium magistratum, quod hoc loco re sapienter deliberata constituere, quas prohibitiones humanæ retinere uelint.

#### DE EXEMPLIS PATRYM.

VIDIMVS etiam multos, qui uisitas leges connubiorum adeo negligebant, quia leguntur dissimilia ueterum exempla de polygamiis, & de coniugijs Iacob, qui duas sorores duxit. Non est autem exemplis sed legibus iudicandum. Et in hac tanta re considerentur præcepta diuina. Certissimum est, legem coniugij primam in paradiso in sanctam esse, ut tantum unius maris, & unius femine coniunctio esset: Erunt duo in carne una, id est, inseparabiliter iuncti. Et postquam postea Lamech discessit ab hoc ordine, & post diluuium Deus etiam in suo populo tolerauit exempla dissimilia primæ institutionis: tamen filius Dei nos ad primam institutionem retrahit, in quibus Matt. 19. Ab initio non erat sic. Et repetit dictum: Erunt duo in carne una. Et Paulus inquit: Vir non habet potestatem corporis sui, sed uxor. PRAETEREA de gradibus cum extent iam in Leuitico præ-